

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**De proprietatibus rerum**

**Bartholomaeus <Anglicus>**

**[Lyon], 21. Nov. 1482**

De materia et forma. et eius proprietatibus. Liber Decimus

[urn:nbn:de:bsz:31-326878](#)

Nam et feruēt impressionē caldri solaris cor  
lera tunc incenditur, et cuius accensione circa  
cozitra et audacia in animalibus coicitur, ut  
de illud tempus regibus magis est consuetus  
ut tunc iubeant moueri bella contra hostes.

**S**cenopbegia festivitas est hebreo  
rum que tabernaculum fixo di  
cebatur que celebratur in memori  
am expiationis quā recentes de  
egyptio in tabernacula morantur dicit Isid.  
Unde scenopbegia dicit a cenon grece qđ lati  
ne dicuntur tabernacula. Hec solenitas semp  
in septembri celebratur, qđ collectis frugibus/  
de oībus decimas domino obnubent, et leniae  
et gaudio specialiter tūc vacauerunt, frondi  
bus et ramis domos suas ornauerunt, fruct  
arboris pulcherrime et luanis id est pōa cedri  
in mambus portauerunt. In decima autem die  
eiusdem mensis triplex festum eodem die cele  
brauerunt, s. expiationis afflictionis et propici  
ationis, nam eo die sumus pontifer intravit ei  
sanguine vitule rufae et expiavit sancto  
num, et ideo dicitur dies expiationis. Hodem  
die ieiunabat populus pro reatu vituli in des  
erto, et ideo vocabatur dies afflictionis. Ideo  
vero vocabatur dies propiciacionis quia tali  
die audiuerunt sibi dominum placatum fuisse  
et propiciatum super transgressionem vituli in  
deserto.

**H**ecenia est noui templi dedicatio  
cenon enim grece nouuz dicitur la  
tine. Hanc solemnitatem iudei di  
uersis temporibus celebrabant se  
cumqđ diversis temporibus vel nouum  
tempulum edificabatur, vel edificatum de no  
vo reparabatur, sicut Judas machabeus legit  
ur templum dedicasse et renouasse, pmo Ma  
chabeorum, quarto. Dedicationis etiam festū  
tenet ecclesia. Cum enim episcopus ecclesiam  
circuit, aqua benedicta ecclesiam aspergit, al  
phabemus duplē transversaliter per pavimenta  
mūz scribit, panes signat crismate et limit, ib  
et ibi una per quinq; partes altaris combu  
nt, reliquias scindit, altaria ornat et vestit, emu  
nitatem et priuilegia impendere consuevit.

**¶ finit Liber Nonus;**

**¶ De materia et formis  
et eius proprietatibus**

**¶ Liber Decimus.**

## **¶ Ompleto**

**O**mpleto tractat de proprieti  
tib⁹ temporis et partiū eius / agēdū  
est de inferiobus  
et materialibus cre  
aturis de elemētis  
scilicet et eorum que  
je elemētis materialiter coponū. Sunt autē  
materia et forma omnis rei corporalis prima  
pia, ut dicit in li. de vnitate. Materie autem et  
forme priuatio nihil aliud est qđ totius rei de  
structio, et est materia contraria vnitati et ei dis  
similis ut dicitur ibidem. Materia autē quā  
to est natura subtilior et sublimior tanto ad su  
ceptionem forme est abilioꝝ, quanto vero ē co  
paciōꝝ et terrestrioꝝ et a natura celesti remotior  
tanto ad susceptionem impressionum formali  
um est debilioꝝ, ut dicitur in li. de quinq; sub  
statijs, et hoc habet propriū materia sicut ibi  
dicitur scilicet suscipere formam et non su  
scipi/relinere et non reuniri. Principium autē  
distinctionis divisionis et alienationis in reb⁹  
generalibus et numerationis est materia / ut  
dicitur, viij. metra, quia generans non differt  
a generato secundum materiam / et ideo ubi est  
generans sive materia idem est substantialiter  
generans et generatum in substātia et materia  
ut in diuinis, materia enim est causa individua  
tionis rerum, ut dicit Brisko, iij. metra, qđ dif  
finitio speciei perindividua est secundum ma  
teriam et non secundum formam. Item mate  
ria propria appropiat sibi formam propriam  
ut dicitur, iij. metra. Unde secundum substā  
tiam et esse/ sub una forma est una materia et  
sub pluribus plures. Item materia phisica est  
subiectum quantitatis continue que est dimi  
bilis in infinitum, et est materia subiectum di  
visionum, propter quod accidentis non potest  
dividi nisi secundum divisionem et quantita  
tem subiecti. Item materiam infinitam dicitur,  
vel quia divisibilis est in infinitum vel quia  
habet appetitū ad infinitas formas / et ideo p  
pter determinationem suorum appetitum et in  
dicationem ad formas infinitas dicunt infi  
nita / et non qđ eius virtus sic infinita / non limi  
tata scilicet neq; coartata / sicut virtus est dīna.

## 11 De materia et forma

77

et ideo dicit Plato quod materia fluit in infinitum / nisi forma sit astrus. et ideo corpora que sunt de materia et per se sunt crescentia / ut patet in arboribus. et ideo ossa parvum habent sensitivitatem / quod multa habent materia et terrestre est. ut dicit Avicenna. Latet autem in materia potentia quedam activa que est forma incompleta / et hec potentia est quod est duabus contraria. Unde quoniam illa potentia ducit ad actuum unius forme / appetit statim esse sub forma contraria / ut ista potentia que communiter se habet ad frigidum et calidum quando actualiter est sub frigido statim appetit eam sub contrario. Unde nullus la forma corruptibilis et generabilis potest sufficienter completere potentiam actuam in materia quin semper appetat impletum aliam formam. Ita autem forma cum sit dispartita non potest induci nisi per corruptionem forme presentis / sed ergo quod virtus agentis immissa constitutus presentem sicut et formam actuam ad formam contrariam et dat ei paulatim completus esse donec fiat sub esse completissimo illius forme. Das et multas alias proprietates habet materia quas esset su perficere hinc recitare. quere tamquam supra librum viij de bonitate mundi.

**E**xiam recitatis proprietatibus materiali relictis proprietates ipsius forme. Et secundum Aristotelem in libro de quinque substantiis. forma est quasi lumen unicuique pulchritudinem essentiam et significatum tribuens. Forma autem lumine materie inservit descendendo sit debile et obscurum secundum materie capacitatem. Est autem forma differentia que differt alicuius ab aliquo / ut dicit idem Aristoteles. autem alia est essentialis et alia accidentalis. Essentialis forma est illa que aduenientem materie perficit eam et secum conuenit ad rei aliquam perfectionem / quaenam posita res ponitur et qua destruta nihil de rei substantia inuenitur. Unde in physica dicitur. forma cum materia est causa omnium accidentium. Forma autem accidentalis non perficit res neque facit eas esse sicut dicitur. viij met. sed quelibet forma accidentalis indiger forma substantiali que est causa forme accidentalis. Forma enim omnis simplicior est et actu alioz nobilior materia. et id secundum Aristotelem in libro de animalibus. forma se habet per modum viri quod potest informare multas feminas. unde secundum enuntiam formae que est imprimita materia / oportet materiam disponi et preparari quod si de materia terre debet fieri ignis operari quod terra subnatur et depuretur et simplicior

sat. Si vero econuerso / et econverso. Est autem forma materie manifestaria. nunc enim potest sensu videtur materia substantiali vel accidentali forma. nisi per viam primitutionis sicut videtur tenebra videndo nihil / et sicut auditur silentium non audiendo somnum ut dicitur Lactantius super platonem et commentari super primum metaphysicam dicitur materia est causa quare male videtur res tractas. unde nihil est communis et generalius et tamen nihil ignorabilis quod sit materia quod non videtur sine forma. nec etiam potest videri forma nisi cum materia actu sit coniuncta. ubi vero plus est de forma ibi minus est de materia sicut dicitur in libro metaphysicam. ubi plus est de materia ibi minus est de forma. et est res magis grossa et impura. magis ignorabilis et obscura quanto a nobilitate forme amplius est remota. Formarum autem alia spiritualis / alia corporalis. corporalis vero alia celestis / alia elementaris. Forma autem celestis est ita activa quod completeret appetitum materie sue. ideo propter presentiam sue forme complementis totaliter et sufficientem celestem naturam substantiam celestis non potest destituiri vel corrupti / sed habet potius permanentiam suam que in suo actu perfectissima est in esse perpetuo conservari.

Forma elementaris non potest completere totam potentiam materie sue nec eius perfici appetitum / et ideo relinquit illius potentiam materialis aliquid incompletum propter quod semper appetitionem formam / et ideo talia corpora semper corruptibilia quo ad potentiam et sepius quo ad actuum. quanto enim forma est nobilior et spiritualior et a conditionibus materie separata magis et abstracta / tanto etiam actualior et virtuosior ut patet in intelligentiis. quanum substantia non dependet a materia sicut dicitur in tertio de anima. In habitibus materialibus non est intellectus. verum tamen angelos non habent in sua essentia materialiam non affirmo / sed siue angelorum essentia sit et spiritus / et in materia et forma composita siue non / hoc pro certo tenetur quod eorum substantia respectu rerum corporalium simplicissima est et actualissima sicut forma spiritualis actualior est quam corporalis ut dicit Albu. unde respectu materei nobilior est forma cuiuslibet mixti. nobilior vero forma elementi. nobilissima autem est forma corporis quoniam siue celi / sed omnes istas formas incorporaliter in nobilitate et actualitate spiritualis forma siue sit in angelo siue in anima preexistit. et hec de proprietatibus formae et materie per ut ad hoc opusculum pertinent dicta nunc sufficiunt.

**E**lementū est hūmā Lōntā. Simpla  
erminima corporis compositi par-  
tīcula. minima autē dicitur quo ad  
nos q̄z sensu nō p̄cipit. Est enī  
partīcula minima & ultima in corporis resoluti-  
one sicut fuit prima in cōpositione. Dic̄t antē  
simpla. nō q̄z simplex sit elementū sine cōposi-  
tione aliqua sed q̄z non habet partes aliquas  
cōponētes specie & numero diffēentes sicut ali-  
qua corpora que sunt mixta ut pater in metallis  
quoz partes diffēunt. pars enī quēdā est aer q̄  
dam terra & sic de alijs. s̄z quelibet pars ignis  
est ignis & sic de ceteris. Dic̄t autē elemētū  
quasi ilimentū scđm Isid. abil e eo q̄ omniū  
corporum sit materia et quasi primitū fun-  
damentū. et hūmā alios dicit quasi elemētū si-  
ue alimentū eo q̄ omnia corpora aliūt elemē-  
taribus qualitatibus & augmentant. Sunt autē  
quatuor elemētare qualitates quarū due  
sunt actue. s. calditas & frigiditas & due passi-  
ue. s. siccitas & humiditas quātū cōuenienter  
diffēente superius in. xiiij. li. planius desinū-  
tur quere ibi. Inter qualitates autē elemētare  
cōtrarietas est & repugnantia rōne quarū ad in-  
uicem agūt & panunt generant & cōrūpuntur  
Quanticumq. n. ad inuicem p̄trariant. p̄ in-  
flueniam t̄ celi & planetarū virtutē solvantur  
in suis effectibus & ad p̄cordiam reducuntur. et  
ideo quodā mirandū natura nēm cōiungunt  
nam ignis & aer conueniūt in caliditate q̄uis  
discrepēt in siccitate & humiditate. Aer vero &  
aqua in humiditate cōueniūt sed discordant in  
frigiditate. sed aqua & terra concordat in frigi-  
ditate & discordant in humiditate & siccitate.  
ignis autē & terra que sūt elemēta summe dista-  
ntia hūmā sūt cōueniūt in siccitate discouniūt  
tamē in frigiditate. q̄z terra frigida est substan-  
tialiter & in ultimo. Ignis vero essentialiter ca-  
lidus est & in sumo. Ex his autē elemētis qua-  
tuor. duo sūt nobiliores & purioris substantiae  
& levioris. s. aer & ignis. et ideo a cōtrō v̄sq; ad  
cōtrarietatem habent motū & naturaliter mo-  
tū sūt sursum & ista duo p̄trahunt nobilitatē suā  
quo ad virtutem operationē & substantiaz ex-  
viamitate orbis sicut celestis corporis a quo rei  
piunt influentiā mobilitatis & virtutis. nā vir-  
tus celestis primo influit supersperā ignis et  
per ignē sup speram' aeris. et ideo hec duo ele-  
menta sunt cōtrēns sublimioria quo ad sumim  
agiliora quo ad motum puriora & subtiliora  
quo ad substantiā dariora & magis p̄ spicula  
quo ad formā. virtuosiora quo ad actuū. duo  
enī elementa sūt inferiora. s. aqua & terra ceter-  
is duobus naturaliter grauiora motum a cir-

cōferentia ad centrum beosum habentia per ag-  
gregationē partium & operationē spissa & obni-  
sa. & ideo predictis duobz sunt grossiora & me-  
liora plus habentia de materia q̄z forma. Enī  
de ppter summā elongationē a sp̄s erbis v̄  
tū motū celi nō sunt ita obediēta sicut duo  
prima. Nunq̄ enī sunt elemēta ocoſa / immo  
in agendo & paciendo sūt cōtinua. vnde nunq̄  
quicq̄cūt a generationē t̄ a motu. terra enī et se  
quiescat a motu / nunq̄ t̄ quiertem aut cessatō  
nem recipit ab effectu / et sicut enī sūt ocoſa ab  
actu / sic nō sunt vacua ab ornati. nā am quod  
libet elemētū haber ornati suū. ignis sidera  
ut dicit Beda. de quibz aliqua auxiliāte do-  
mino breuiter sunt dicenda.

**I**gnis est corpus simplet in ultō  
calidum & siccū. vt dicit Lōntā.  
naturaliter enī sup acrem sedere q̄  
rit per violentiam. n. in aere vel in  
terra detinet paulatim in molle aere euaneat  
vt dicit Isi. p̄prietates enī ignis tangit. Dio-  
ni. in hierarchia angelica. li. xii. Ignis in que  
est corpus sensibile longe excellētius & subti-  
lius omnibz alijs rebus corporibz & nature  
spirituali. p̄tū ac p̄ hoc effectu suū dissimili-  
us cūcīs alijs demonstrat. Ignis. n. in oībus  
est & p̄ oīa dare se consuevit et ab omnibz non  
remouēt. est enī in cognitio/ocultus /immensu-  
rabilis / inūibilis / quodāmodo inco:po:ens  
potens actionē. p̄priam / mobilis / tradens se  
omnibz quo modo approximantibz / mo-  
tus vnuersa se se p̄participantia / renouantia  
omnīū / natura custos / illuminatiū cum cir-  
cūclans splendoribz / danus / discens / di-  
stinguens & resilens / deo:sum pascens / & sur-  
sum mouens / acute means excelsus nō recipi-  
ens ignominiam mīmorationis / semp̄ motū  
cōprehensiuus / & mutatiū in se revertēt / po-  
tentia actuū. tc. Hec verba diuinissimi. Dyo-  
ni. profundissima sūt. describit enim ignē quo ad  
eius substānā / virtutem / & operationē vñq̄  
dedarationē predictōrū verba cōmendatoria  
super predictū locū breuiter hic ponemus.  
Ignis enī inter omnia elemēta sūt habet sub-  
limiorē / & hoc qz̄ naturam habet leviorē. et  
ideo dicitur excelsus quia pondere carēs sub-  
lime querit v̄l petit / superemmet vnuersis et  
quicquid corporeū p̄ter ipsum naturaliter  
sub eo subsistit inter omnia elemēta naturam  
habet puriorē & subtiliorē & ideo dicitur quo  
dammodo inco:po:ens q̄z ppter subtilitatem

## ¶ De materia et formâ

sue substantie per subiectum materiaz sensu nō  
videtur. ppter hoc etiam dicitur q multum  
videf natura spiritualis primū qd quandoq  
videtur ignis esse medius intervisibilia et in  
sibilia. in quantum aut appropinquat invisibi  
libus est incoporeus. sed in quantum ap  
proximat inferiouribus corporeus est.

¶ Item naturam habet ceteris elementis actua  
liorem et in agendo fortioriem. et ideo dicis in  
mensurabilis qd eius virtus et opatio crescit i  
nfinitum. si materia fuent infinita. qd diu cui  
materia subiecta sufficit ignis nō deficit. sed se  
per potius crescat. Item naturam habet occultio  
rem. et ideo dicas occultus qd in sua essentia sen  
sibiliter nō videtur invisibilis et incognitus dis  
citur. qd sine subiecta materia non percipitur.  
quid etiam sit in sua essentia seu substantia vir  
tus cognoscatur intellectu. Item virtutem et natu  
ram habet alijs mobiliorum. et ideo dicis mo  
bilis et potens omnium. qd in igne est principi  
um virtutis motus quia mouet se et alia / et a  
nullo inferiori se mouetur. Item naturam ba  
ver ceteris inferioribus datur. Unde dicitur  
q ille est illuminatus qd claritate sua omnia  
illuminat. sed cum circuitalis splendoribus  
nam splendidi ignis radij foris emicant. sed  
circumuelantur. quia nussum ad secretum sub  
stantie sue sumum reduci a nostris sensibus oc  
cultantur. Item ex subtilitate sue substantie vir  
tutem habet omnibus alijs acutiorum et pene  
trabiliorum ppter quod dicitur acute meane.  
quia proprie virtutis motu subintrat sine resi  
stentia et penetrat vniuersa. Item ignis habet  
virtutem sui et aliorum manifestiam et di  
stinctiam nam sc̄ manifestando alia sibi obie  
cta manifestat et eorum colores et figuras ocul  
lis reperit. et ideo dicitur clavis manifestus  
discretus distinguens. Item vim habet infe  
riorum ad superiora attractivam. nam materi  
am in quam agit rarefaciendo dissoluit et calo  
ris sui violentia sursum trahit propter quod di  
citur deosum pascens et sursum trahens. Itē  
virtutem habet renouatiuam. omnia enim ve  
terascunt antiquantur et deficiunt que virtus  
te ignea non sentiuntur. ut patet in sensibus in  
quibus deficit calor naturalis. et ideo dicitur  
renouatiuus omnium et nature custos. Sine  
enim virtute ignis non potest subsistere virtus  
aliquis corporis naturalis. Item virtutē ha  
bet immutatiuam quia omnium naturam in  
quam agit superat. convertit in suam species  
et transmutat. et propter h̄ dicis apprehensi  
on et immutatiuus. nam materiam in quam agit  
apprehendens illam nō deserit. sed consumē

do in sua similitudinem querit. apprehendēs  
autē non apprehendit qd consumpto eo in  
quo agit. in se resiliat atq̄ redit. et ideo dicitur  
siliens et. Item virtutem et naturam suipius  
communicatiuam et sine diminutione diffusiuā  
et ideo dicis non recipere ignominiam mino  
rationis. qd sicut cum effundit nō augetur. sic  
cum recipitur non minoratur. neq̄ in eo quod  
videtur augmentum recipere est capiens glori  
am. neq̄ in eo qd putatur minor sustinet contu  
meliam. Item naturam habet purgatiuam.  
metalla enim que non potest consumere a scoria  
et rubigine mundificat expurgat et emundat  
Item virtutem habet saporum et humorū al  
teratiuam. Unde et humores in corpe excoq̄  
et digerit et cabos crudos consumēdo in eis su  
persua sapidos et sanos reddere consuevit.  
Item virtutem habet sue substantie per renū  
omnium et omniorum corporum essentiā diffusi  
uam. qd in rebus omnibus invisibiliter est iclu  
sus. quanq̄ includi actualiter non videatur. qd  
re inde est manifestum. quia ex fonte corporum  
solidorum allisione ignis excutitur. in quibus  
esse nullatenus putabatur. Item ignis subali  
tate sua substanciali habet virtutē sui cū alio  
corpe in mediatisse mutariam. ut patet in  
ferro ignito et carbone inflamato. et h̄mōi. in  
quibus ignis ita secundum omnes sui partes  
singulis ferri et carbonis partibus coniungit.  
qd videf unius substantia et alterius sensibili  
ter distantia penitus nō senti. unde et mplex  
ignis species a phis diffinuntur. Est enim ignis  
lux ignis flāma ignis carbo. Ignis enim est  
in sua sp̄era lux. sed flāmma dicitur in materia  
aeris. carbo autē in substantia tenea sive in fe  
culentia matene grossioris. Has et multis ali  
as habet ignis proprietates. de quibus supra  
li. iij. in tractatu de ordine scr̄aphin. et libro. iiiij  
in tractatu de qualitatibus elementaribus. s.  
c. de calore. quere ibi. nam ea que iaz dicta sūt  
bis sufficiant.

**I**f lamma est materia ignea in sub  
stantia aerea accensa. nam aer pro  
pter sue substantie subtilitatem et  
immediatam quam habet cū spe  
ra ignis vicinitate de facli ignis et in naturam  
igneam mutant. et secundum qd substantia aerea est  
purior tanto flāma erit luadior et dator et natu  
re lucis similior videbit. mouet autē flāma na  
turaliter sursum / et ab oī pte rei accense linealiter  
in acutum tēdit et in conum. unde in sua extre  
mitate habet formā pineam et acutam. unde  
in suo acumine ppter omnium radios in agu  
lo acuto fortius caloris sui impicit actionem.

erideo q: in summo piramidalis angulo calidior existit materiam sibi impositam inflammat facilius et accendit calorem secundum materiam in quam agit et lucem recepit. Unde si materia est turbida et fumosa/turbida et obscura reddit lucem et conuenio. si materia fuit transparent et pura/rumlat et radios luminosos vndeque circumfundit. tenebrosa illuminat et abdita pdit. viam et vie offendicula ambulab: ostendit. propter sui levitatem et materie aere mobilitatem in quam agit/in motu est continuo et nunquam penitus requiescit. venti modicus impulsus flammaz exicit et accendit. sed si fuerit nimis vobemis flamam dissipat et extinguit tortuose et anfractuose aerem impellit continue. et ideo mouetur circulariter et accendit. (vt dicit Alder.) Unde Vulcanus a Junone in terra in proieenis se eidem figura poeta/daudus fuit. ex violentia sui motus ptes matrem in quas agit in vicem alidendo cōvertit/et ex partium collisione mutua sonum facit. locum superiorē quere et satagit et materiam sibi per incorporationem adherentem ab inferis ad superiora attrahere non desistit.

**F**umus est vapor ex partibus materialibus subnitoribus et humidioribus per calorem resolutus. Habet autem grises partes mirras cum lembus et quibus obscuritatem contrahit et fetorem. unde aeternit. amaritudinem. et ex matre grossioribus ex cuius acuminis oculos amaricat/ac lacrimas puocat/et sensibiliter visus ledit. sui aeternit. et ad cerebri penetrat spiritum animalium grauat et per consequens naturalem. Unde dicas in libro animalium. quod fumus candele et incense ledit pregnantes in tantum quod si equa pregnant talis fumum senserit faciet abortuum. fumus etiam apibus est inimicus et ledit ancipites et alias prede aves. (ut idem dicit.) fumus insuperito morif postquam oritur. (ut dicit glo.) ibi sunt sicut virgule fumi. cito enim in altu ascedit/et cito vel subito evanescit. ex igne oritur et antequam appareat ignis apparere videtur. a vestro mouetur et dispergitur et multipliciter circulatur. fumus etiam ostendit ventus aqua parte veniat. quia illuc fumus tendit quo ventus ipsum agitat et impelit. (ut dicit Grego.) dominus denigrat et inficit/et in partibus generat fuliginem atque nutrit. loca angulosa penit/et in eis infectionis vestigia impunxit et derelinquit. fumus etiam aromaticus a speciebus aromatis resolutus est sensui olfactus delectabilis et

amicus. cerebri namque est confortatiuus/et spiritu cordis et capitis reparatiuus. reumatismo fluxus restrictiuus/desiccariuus et constrictiuus et pororum obstructiuus aperituus. et ad confortationem nervorum ad interiora penetratiuus. serpentum et venenosorum animulum et reptilium fugatius. omnem etiam fumum et maxime odoriferum odient tam colubri et serpentes. (ut dicit Grego.) fumus in supera abo vel a potu resolutus/ vim caloris ascendens ad cerebrum nervos sensibiles optat/somnus generat/ et sensus exteriorum ligat/ et per consequens calorem naturalem ad interiora renocat/ et virtutem in interioribus ad uitam et confortat. Si vero fuerit fumus melencolicus aut nimis acutus vel venenosus et abo vel potu erit medicina nocua resolutis ad cerebri aduolat virtutem animalem aggrauat timorem generat/ ut in melancolicis freneticis et furoribus concita ut in freneticis et ebriosis. obliuionem et disperginationem generat. ut in liturgiis. sensu et ratione usu priuat ut in epilepticis et caducis. Has et multis alias infert corpori fumositas pessimas passiones et nocias. fumus enim a terra et mari virtute caloris ad superiora attracti/aerem inficiunt et condensant nubes et nubiles generant. Elenctis et temporibus alijs aeris possionibus fomentum et materiam administrant. radios solares intercipiunt et obumbrant/ et hec de fumo nunc sufficiant.

**C**arbono est ignis actualiter incorporatus tenetris matere et umbris a dignitatem. (ut dicit Ray.) Unde ignis per sui incorporationem partibus grossioribus terrestris materie admittitus/ per quod violentia infestantur denique. vnde sicut ignis et flamma mouetur sursum/ sic carbono crepitando scintillando grauitate materie deorsum inclinatur. Carbono itaque quando ignis vertitur in ruborem. sed quando extinguitur in nigredinem. et omnino perdit pristinam ignis speciem et decorum. Unde quando furent pulchior ex sui ad ignem prima uitate suae ratione. tanto appareat deformior et vilior in ipsius ignis extinctione. In carbone autem substantialis humiditas totaliter consumitur. et ideo defacti rumpitur et franguntur. quando obumos qui sunt causa coadherentie partium ignis totaliter violentia exanimantur. et ideo in carbone extinto pars apte de facti rumpit. quemlibet humuditatis per quam partes cohæret in ipsius substantia innemitur. (ut dicit Grego.) partibus

## De materia et forma

terrestis solis remanentibus, propter dominium  
siccitatis de facili rengitur, sed postquam accedit,  
suis fuerit ita faciliter vel facilior reextingui-  
tur, ita quod in eo nihil de ignis vestigio propter  
nigredinez repertur. Nigredine enim sua pol-  
luit et inficit quicquid tangit. Larbo etiam igne-  
tum acutissimum habet ignem, et summe acutum  
et penetratuum, unde sui acuminis feru-  
coquit, et partes eius resoluendo et relaxando  
remolliunt, suo etiam acuminem caput ledit, sub  
ancore obuolunus in se ignem retinet et custo-  
dit. Detectus autem et frigido aeri expositus  
in fauillarum multitudinem redigitur, et subi-  
to per se evanescit. (vt dicit Greg.) Larbo ve-  
ro si ignitus fuerit plantas concubantis vrit  
et ledit, extincus vero quanvis vrendo non le-  
dat tangentem, stridorem tamen et strepitum  
magnum facit.

**S**aintilla est modica ignis partula  
la ex materia ignea virtute et ini-  
peru calorius dissoluens resoluta.  
Unde motus scintillaris est subi-  
tus, vi enim ignea subito resoluitur et sursum  
mouetur, sed ex grauitate pris terrestis ad cen-  
trum tandem deducatur. Item mox eius dans  
simus est ad modum stelle, et lumenosus, et per  
diffusionem sue igneitatis in acrem, appareat  
viridis et radiosus. Prereterea motus eius ad  
modum ignis actius et virtuosus, nam ex mo-  
dica scintilla in fungo vel in stipula collecta  
in ignem maximum subito augmentata, acris im-  
muratione subito evanescit, et extincta nibil nisi  
si fauilla post se derelinquit, vento tempora-  
to seu flatu accedit, impetuoso autem extinguit  
aerem penetrat, et non penetrando ipsum aere  
parum alterat et immutat, quanto est fortior, tam  
scintillans motus sine impetu exit maior,  
et materia viridi vel humida scintille grossiores  
et in suo effectu penetrabiliores generant, veni-  
tamen pauciores.

**E**uilla a souedo est dicta, eo quod igne  
soueat atque tegat. Est enim cinis mo-  
dicus de extincione scintillaris ma-  
tene derelictus. (vt dicit Isi.) Est  
autem fauilla tenuis, mollis, et siccata, levia  
in superficie carbonis ignini adherens, ful-  
gorum eius ebet, et furor eius attenuat, et mi-  
norat, ad modicum venit flatu dispergitur, dispe-  
sa vero vit vel nunc recollit. (vt dicit Greg.)  
de facili inflammat, sed propter defectum nutri-  
menti subito extinguit. Fauilla etiam quando  
est ignea, venti rapta sursum tendit, extincio-

autem proprio potere immo penit, (ut dicit Greg.) unde deo sum tedit motu proprio, sed sur-  
sum extollitur, rapitur impetu alieno.

**A**ctus a cadendo est dictus, nam de  
substantia materie terrestris via ca-  
loris resolutus generatur, (ut dicit  
Isido.) Est autem cinis mollis/  
despecti coloris, amari et siccata est saporis/  
partes haber tenuissimas et minutissimas, le-  
vit in flatu sparsim et diuisim receptivas. Li-  
nis habet virtutem colatiuam sive mundificati-  
uam. Unde valet ad vestimentum ablutionem, ha-  
ber et vim corrosivam et desiccativam, (ut dicit  
Lonstan.) Linis insuper si fuerit calidus/ignis  
ab eo rectum custodit. Si vero fuerit frigidus  
destruit et extinguit. Linis etiam per multam  
ignis conflagrationem et violentiam suam for-  
mam valem et obscuram aliquando commu-  
tat in speciam vitream atque claram, ita exma-  
teria cinerum solet fieri vitrum, (ut dicit Greg.)  
Vocautem haber cinis defecus et imp/  
fectionis, quia quanvis quotidie aque vel plu-  
rie irrigationem suscipiat, sterilis tamen ma-  
net, unde terram quam tangit non fecundat.  
sed potius si sterilis fuerit reddit steriliorem et  
in omnibus vilioriem.

**A**er est dictus eo quod ferat ignem et  
ab aqua feratur, (ut dicit Isido-  
rus.) Aer autem partim pertinet  
ad materiam terrestrem, partim ad  
materiam celestem, (ut dicit Beda.) Nam pars  
aera superior pura, clara, et quies-  
ce in celo si et ventosi motus non possunt attinge-  
re pertinet ad celestem, pars vero inferior spe-  
re aque et terre vicina, turbulenta grossa, et co-  
pacta, ex humidis et tenebris vaporibus corpo-  
lenta, pertinet ad terrestrem et haec pars aerea  
diversas ex se producat species, (Nam ut dicit  
Isido.) Aer vehementius conatus facit ve-  
tos, choruscationes, et tonitrua, contractus/  
nubila, compessatus, pluias, congelatus, ni-  
uem et grandinem, distentus, vel temperatus  
serenitatem, (ut dicunt Isidorus et Beda.)  
Plus autem habet trinitatis et maius quod ce-  
tera elementa. Est autem aer secundum Lon-  
stan. simpliciter substantialiter humidus et ca-  
lidus. Ex propria enim natura seu substantia  
est humidus et ex vicinitate orbis calidus, et  
ideo secundum virtus qualitas proprietas  
rem aer est sui naturaliter diffusius a superfi-  
cie terre et aque usque ad speram ignis vndeque  
extensis, ex substantia autem sue subtilitas  
et etranitatem transparens est et perspicuum,

Unde rōne dyaphaneitatis sue et transparens  
tie est influēcie celestis virtutis / et impressionis  
solans luminis receptivus. virtutis inspirādi  
et respirandi est aer oībus animātibus in mi-  
nistratiuī. omniū enī animātū est respīra-  
cūlum et volatiliū celi. ppterū habitaculū. Si  
ne enim aere nō poterit vivere aliqua aīata crea-  
tura. Aer. n. rōne levitatis et substantialis est na-  
turaliter mobilis et alterabilis ac vībilis i op-  
positas qualitates. vnde ex vaporib[us] tere et  
maris sepe recipit immutationē nam si vapor  
fuerit fetidus et corruptus ac venenosus aer cor-  
rumpliſ. et inficiſ. cui talis vapor pestifer admi-  
scet. Si vero fumus ex pura et mūda substāna  
fuerit resolutus et odoriferus. aer odoriferam ex  
nature amicabili et incorporatione fumi odo-  
rifer recipit qualitatē. Item aer nos circūdās  
summe nobis est vñlis. ppter anbelitus necel-  
litatem et vitalis sp̄ritus etiū numerūz  
Si enī clavis lucidus et purus fuerit humo-  
res arq[ue] sp̄us erit lucidi et puri. Si vero turbidus  
et nebulosus. humores erit turbidi et spi-  
ritus grossi ac infecti (vt dicit cōstan. et p[ro]bilare  
tus) vnde aer ē elementū et corporū et spiritū  
Euentano enī acris aduenies spiritibus est  
causa melioratiōis corp[us] et de puratiōis et miti-  
gationis. p[ro]hibens sp̄us et humores ab inflā-  
manone. attractus. n. a pulmone cordi et p[ro] cor-  
toni corpori preber temp[er]amentū. vnde aer maxi-  
me imurat corporis. q[uod] ingreditur ad interiora  
spiritū et misericordia cum corp[us] substāna qui cor-  
pori preber vitam. Unde si fuerit aer pūnis et  
mediocris in suis qualitatibus temperat. ad  
cośervationem vite maxime pficit. Si vero fu-  
erit corruptus distemp[er]ans maritime ledit et  
corripit (vt dicit cōstan.) Quāto autē est a ter-  
ra remonor et celo vicinor et tāto purior et simi-  
lior ethereē puntati. Quāto vero tere vicini-  
or et tāto frigidior et spissior tere qua-  
litati. vnde ex vaporib[us] tere ad interiora ae-  
ris attracti. varia et contraria in aere generantur.  
et quanto aer est grossior et spissior. tanto sol in  
eo fortius imprimit calorē radiow[er]z. p[ro]rra-  
diorum solanū repercussionē. conculationē  
et confractiōem. Ex pulsione autē solanū ra-  
dioz in aere humido et denso generantur in co-  
varij colores (vt dicit in libro methe.) sicut p[ro]z  
in assub et in iride et p[ro]similibus. Sicut autē aens  
condensatio implia de causa. s. ex vapore pres-  
terentes suas et grossas cu[m] aere pmiscente vel  
ex frigiditate partes humidas aens cogelate  
vel ex generatione novi aens secundū in seres  
cipiente per annū ad primā additiōē aer  
ingrossat. (vt dicit p[ro]philosophus.) Banificat

aer et subtiliatur et causa contraria. s. ppter va-  
poris ascendentis p[ro]sumptionem. ppter fortio-  
rem calorē aerem extenuantem vel danifican-  
tem vel ignearū partium ex p[ro]nūciliis aeris ge-  
nerationem / yltimam humiditatis sue rare-  
factionem et caliditatis intenōem / aer in na-  
turam igneā transmutat. Immutat autē aer  
secundū substānam vel qualitatē multipli-  
citer (vt dicit Avicena.) Et p[ro] uno et solis ap-  
propinquandis vel elongatione. calcit. n. aer  
q[uod] sol ad nostru[m] habitabile appropinquat /  
quemadmodū frigescit q[uod] se elongat. Itēz ex  
ortu et occasu stellarū immutatiōe stelle. n.  
tam errantē q[uod] fixe sunt cause quare aer in suis  
qualitatibus immutat. sole namq[ue] cū aliqua  
stella frigidū effectus / sicut saturno in frigido si-  
guo p[ro]ueniente / intendit frigus in aere. Si ve-  
ro p[ro]uenit cū calido planeta vt cum marte / est  
causa quare in aere fit excessus in calore. et sic  
de aliis est intelligendū. Item immutat ex va-  
na dispositiōne terre siti et positione. Nam i  
parte septentrionali fit siccus aer et frigidus.  
austral[is] calidus et humidus. orientalis cali-  
dus et siccus aer. Occidentalis frigidus et hu-  
midus. Item ex terre elevatione vel depresso-  
ne / q[uod] in montibus est aer frigidus. in vallib[us]  
autē calidus. cuius rōnem reddit Constan. in  
panthe. dicens. Hoeras inquit ortum h[ab]et ab  
eminenti zona. vnde loca eminēta experimmo/  
ueret subtiliat aer et sic frigidat q[uod] omne sub-  
tile cū habeat exhalationē p[ro] motu in frigidatur  
Aer autē in vallibus manet quietus et calidus  
Item immutat aer ex vicinitate maris / q[uod] ter-  
ra vicina man. septentrionali frigida est et siccus  
ex vapore in mari resoluto. Ibi. n. calidus est de-  
biliſ. et ideo mare aquilonare patu[er] calescit.  
vnde ponticum mare est quasi dulce. In mari  
australi est p[ro]tranū ex causa contraria. Itēz im-  
mutatur aer ex cadauerū et paludib[us]. p[ro]pinq[ue]  
itate ex quorum corruptione aer contrahit cor-  
ruptionem et efficitur putridus et quasi pesti-  
lens. et accidit ista aens infectio in fine estana  
veni autuno. quia tunc aer ex sui natura esub-  
tilior. et ideo conuentibilior: propter quod ac-  
cidit ei talis corruptio / ex communione malar-  
um fumositatum que ascendunt ex putredine  
cadauerum vel paludum vel alterius rei cuius  
libet corrupte. (vt dicit Jobannes.) Dicta de  
aere in generali sufficiant.

113 Finis Liber Decimus.